



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Institutio vite sacerdotalis d[omi]ni Joannis tritemij  
abbatis spanhemensis ordinis diui patris benedicti  
mogu[n]tinensis dioces[is] ...**

**Trithemius, Johannes**

**[Mainz], [nach 22.X. 1494]**

De auaricia et cupiditate fugienda. Cap. V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31315**

24  
Sacerdos magister  
29.

semper petas informari. Non te pudeat nomen subire discipuli: si pringere cupias ad honorem magisterii. Spiritus etenim sanctus qui docet hominem scientiam: humilitatis amator est. *Humilitas.* Quando sedes ad mensam ut cibum capias. prius sacris litteris insonandum memineris: quatenus dum caro pascitur: mens suo alimento minime defraudetur. In toletano quippe consilio ita legitur. Pro reuerentia dei et sacerdotum id uniuersa constituit synodus: ut quia solent crebro mensis ociose fabule interponi: et omni sacerdote tali conuiuio lectio diuinarum scripturarum misceatur. Per hoc enim et anime edificantur ad bonum: et fabule non de necessitate prohibentur. Verbum enim dei esca spiritus est: quia non in solo pane uiuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Maxima antiqui patres et sacerdotes diligentiam scripturis sanctis impenderunt: ut et mentem salubriter pascere: et posteritati ad eruditionem utilia prouiderent. Istorum uestigijs inhereamus: ut digni coram deo ministri inueniri mereamur.

## De auaricia et cupiditate fugienda.

### Cap. v.

**Q**uamquam in principio sermonis nostri contra auariciam et cupiditatem disputauerimus: certa nihilominus ratione ducimur: ut etiam in hoc loco de hac ipsa re iterum eloquamur. Nunquam enim satis contra hoc uicium agitur: nisi cum funditus extirpatur. Sciens autem saluator noster quod difficile sit diuitem intrare in regnum dei: sequentibus se dixit. Nisi quis renunciauerit omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Hinc psalmista nos admonet dicens. Diuitie si affluant: nolite cor apponere. Et apostolus dicit. Habentes victum et amictum: his contenti simus. Quid amplius querimus: qui ministri dei sumus? Turpis est in sacerdote dei cupiditas: turpis auaricia: et auri continua fames damnabilis. Tu ergo frater amantissime si cupis in libertate spiritus uiuere: noli pecunias pe

Abbas  
anaricia  
hu

24  
rituras querere: diuicias noli amare. **I**acta cogitatu tuu  
in dño et ipse te enutriet: ipse esuriente te pascet: ipse custon  
dier. **N**ec volo ut prudentia domestica penitus abijcias:  
sed neq auaricia excedas. **R**adix omnium malorum cupiditas  
est: q hominem non sinit deo in libertate spiritus viuere: sed men  
te spiritus torquet curis amaris: nec permittit eum aliud deus de di  
uicijs cogitare. **M**ediocritas autem res tutissima est: q nec  
egestate permittitur: nec abundantia in superbia eleuat. **V**idem?  
inter sacerdotes dei cultores idolorum: q pecunijs congrega  
dis spiritus inuigilat: q auaricie student: q de eterna vita nihil  
aut parum cogitant. **V**iuunt tanquam nati sint ad questum: pietatem  
in pauperes longe abijciunt: nihil aliud quam aurum querere  
et inuenire concupiscunt. **V**ideres inter illos quosdam auar  
ros et miseros diuites: quibus rerum temporalium copia et abunda  
tia maxima est: sed facultas utendi acquisitis deest. **O**mnibus  
diebus quibus versantur in terra misere viuunt: comedere  
et bibere pro necessitate corporis non presumunt: augere ad acera  
um pecunie spiritus aliquid concupiscunt. **L**ucris inuigilat: de an  
marum salute nihil penitus curant. **P**lus dolent de amisso  
denario: quam si decem ex sibi commissis aie periret. **S**ed mirum  
non est si alienam negligat: q propria dñat. **Q**uisquis enim cor suum  
auaricie et cupiditati semel submiserit: nunquam aut raro liber  
erit. **S**emper ad maiora lucra pecuniarum estuat: ad augmen  
tum auri spiritus anhelat: tantoque crescit habendi desiderium: quanto  
contigerit creuisse nummum. **J**am deinceps unum beneficium  
quantumlibet pingue non sufficit: pro impetrandis etiam alijs  
sacerdos auarus discurrit: pro phas nequasque nansisti lan  
borat quod improbe concupiscit. **C**urrit interea ad sedem apo  
stolicam: petitionis sue narrat causam: que si cum veritate discu  
titur: falsa prorsus inuenitur. **P**rebendas deinde unum homo  
multas impetrat: curam ouium mercenarijs locat: lanam  
et lac de ouibus recipit: sed gregem pascere contemnit. **U**e inquit  
propheta pastoribus: q pascunt semetipos. **P**utant se a noxa li  
beros q pro dispensatione summi pontificis multa beneficia obti  
nent: sed quod requirant ad iustam impetrationem non presant. **T**u  
autem sta et noli transgredi terminos antiquos quos posuerunt

*Toronei dñti  
Cvnastr.*

*Bun. Fridr.  
Churh. no =  
r. na.*

patres tui: sed pone concupiscentie modum: ne cadas in peccatum. **U**no beneficio quod tibi pro mediocritate tui status sufficit te volo esse contentum: ne si plura sine iusta necessitate susceperis: grauius coram deo inde iudicaris. **N**oli multitudinem secus agentium in exemplum assumere: noli per latam viam peccantium incedere: si ad vitam voles puenire. **Q**ui altari deseruit de altario viuat: qui autem pascere oues negligit: lanam et lac ab eis qua temeritate requirit: **I**nfructa sunt ecclesiastica beneficia pro sustentatione eorum qui ea deseruiunt: non ad auariciam illorum qui sua querunt. **Q**ui onus portat et curam: dignus est recipere sustentationem. **Q**ui autem fugit onus sollicitudinis: non sine culpa percipit emolumentum lactis. **S**i ergo christi oues pascere renuis: lanam et lac ab eis minime quesieris. **N**on enim propter pastorem oues: sed propter oues pastor constitutus est. **N**ec cura animarum appetenda est ut habeantur alimenta: sed alimenta potius requirenda sunt: ut debita ouibus adhibeatur cura. **S**ed a multis nunc ordo peruertitur: qui planturas et beneficia idcirco appetunt ut in archa pecunias habeant: non ut animas pro dei amore pascant. **P**astor et idolum: quod misere decipis te metipsum. **C**uras tantum ut comedas: qui ut curare aias posses comedere debueras. **C**upiditas radix malorum omnium est: mater transgressionis. magistra nocendi: auriga malicie. inuentrix doli: seditionis origo. fouea scandali: promotrix mendacii. **S**acrilegia committit et furta: predas agit et incendia: bella gerit et homicidia. **D**enique sola cupiditas est que symoniace homines emere et vendere docuit: inique petit et recipit: iniuste negociatur. doli innititur: mendacio et periurio fouetur. **I**psa est que fidem frangit: dissoluit pactum: testimonium corrumpit. et violat iuramentum. **C**haritatem quoque inter deum et hominem extinguunt cupiditas: fraternam dilectionem interrumpit: concordiam turbat. infatuat consilium: equitatis peruertit iudicium: destruit unitatem. **S**i ergo te dignum deo ministrum exhibere desideras: hanc omnium malorum radicem de corde quatuoculus euellas. **B**reuis est omnis terra

Si in manu  
 Charitas  
 non impeditur  
 neque infatuatur

